

De sancto

gerente ipsum commouebat lachrimis in-
fusus orationi se dedit. In qua oratione ob-
dormiens vidit se duci a quibusdam viris
in quoddam pratum decoris floribus exor-
natum vbi folia arborum dulcem sonum red-
debant aura quadam grata agitata et odorem
mirificum emanabant. vbi fructus visu spe-
ciosissimi et gustu desiderabiles. vbi sedes
posite erant auro gemis fabricate. lecti luci-
di cum preciosissimis ornamentis. aque limpi-
dissime perfluentes. Dehinc in ciuitate
ipsum introduxerunt: cuius muri ex auro ob-
dito erant que claritate mirabili resulgebant.
Vbi etiam quidam exercitus canticum cantantes
quod auris mortalis nunquam audiuit. vbi
etiam est ei. Iste est beatorum locus. Quis
autem viri vellet eum reducere: rogabat
vte se ibi manere permitterent. Qui dixerunt
Cum magno labore ad huc venies huc. si
tamen tibi vim inferre poteris. deinde ad lo-
ca teterissima ipsum duxerunt omni feditate ple-
na. diciturque est ei. Iste est locus iniustorum
Cum autem euigilasset: pulcherrimo illius
puellarum ceterarum stercore fetidior ei vide-
batur. verum cum maligni spiritus ad theodam
redissent: et ipse eos exprobraret dixerunt.
Priusquam signo crucis signaretur irruentes ip-
sum foratiter combauiimus. Et autem se ipsum
signo crucis signauit: nos persecutus est cru-
citer: Tunc theodas cum rege ad eum intrauit
sperans quod ei persuadere possit. Sed predictus
magus captus est ab eo quem capere voluit.
et ab eo conuersus baptismum suscepit et lauda-
bilem vitam duxit. Rex ergo desperans di-
misit ei de consilio amicorum dimidium regni
sui. Ille autem licet desertum tota mente desidera-
ret: tamen propter fidei dilationem ad tempus ipsum
regnum suscepit: et in suis ciuitatibus templum
et cruces erexit: et omnia ad christum peruenit. Pa-
ter tandem filium rombo et predicatibus assensum
prebens fidem christi recepit. et baptismum sus-
cipiens et totum regnum filio dimittens ipse pe-
nitentiae operibus vacabat. et post lauda-
bilem vitam finiuit. Iosaphat autem Barachiam
regem prenunciis pluries fugere volu-

Delagio

it sed semper a populo captus vix tandem fu-
gere valuit. Cum igitur per desertum pgeret
cuidam pauperi veste remansit. Diabolus
autem multas parabat ei insidias. Aliquis
enim gladio euaginato in eum iruebat et per-
cutere minabatur nisi ei restinisset. Aliqua-
do in forma ferarum sibi apparebat scendens
et diuina mugitum emittens. Ille autem dice-
bat. Dominus mihi adiutor non timebo
quid faciat mihi homo. Duobus ergo annis
in eremo Iosaphat vagabundus mansit.
nec Barlaam inuenire potuit. Tandem spe-
luncam inuenit: et ante ostium stans dice-
bat. Benedictus pater benedic. Qui vocem Bar-
laam audiens foras exibat. et osculantes se
feruentissimis se alterutrum apleribus con-
stringebant nec sanari poterant. Remisit autem
Iosaphat Barlaam omnia que acciderant.
Et ille immensas gratias egit deo. Mansit
autem Iosaphat ibi annis multis in absti-
nentia mirabiliter virtute. Tandem completis
diebus Barlaam in pace quieuit. Iosaphat
igitur anno. xxv. regnum deserens. xxv. an-
nis eremiticum laborem subiit. Et sic multis cla-
uis virtutibus in pace quieuit. et cum corpore
Barlaam positus fuit. Quod audiens
rex Barachias illuc cum magno exercitu
venit et corpora reuerter assumens in cuius
tatem suam transfudit: ad quorum tumultum
miracula multa fiunt.

De sancto Delagio papa

Delagius papa

Multe sanctitatis fuit: ac in pontifi-
catu laudabiliter se gerens. Tandem plenus
bonis operibus in pace quieuit. Non fuit autem
iste Delagius predecessor sancti Grego-
rii. sed alius ante ipsum. Quicquid Delagio suc-
cessit Iohannes tertius. Iohanni Benedic-
tus. Benedicto Delagius. Delagius Gre-
gorius. Ape ergo huius Delagii Longo-
bardi in Italia venerunt. Et quod multa du-
lusmodi historia ignorare possent. Iohannes
etiam inferenda decreuit: putat in libro Longob.